



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

De Indice librorum, & Catechismo, Breuiario, & Missali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

REMISSIONES.

Vide Angles in Floribus Theologicarum quæst. c. de Indulgentiis. Nau. in particulari opere, P. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 20. P. Jonez tom. 4. prope finem, P. Henric. in Summa p. 1. lib. 7. de Indulgentiis. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 7. à num. 94. cum seq. Ægid. de Coninck de Sactam. & Censuris tom. 2. disput. 12. Baldellium super opera controuers. Bellarm. p. 1. lib. 6. de Indulgent.

De delectu ciborum, ieiunijs, & diebus festis.

Insuper hortatur sancta Synodus, & per sanctissimum Dominum nostrum atque Saluatoris aduentum Pastores omnes obtestatur, vt tanquam boni milites illa omnia, quæ sancta a Romana Ecclesia, omnium Ecclesiarum mater, & magistra, statuit, nec non ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in alijs œcumenicis statuta sunt, quibuscumque libelibus sedulo commendent; omniq; diligentia vtantur, vt illis omnibus, & ijs præcipue sint obsequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, vt ciborum delectus, & ieiunia; vel etiam, quæ faciunt ad pietatem cogendam, i vt dierum festorum deuota, & religiosa celebratio, admonentes populos crebro, b obedire Præpositis, quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui verò contemnunt, Deum ipsum ultorem sentient.

DECLARATIONES.

i Vt dierum festorum deuota & religiosa celebratio. Nihil in eo, dum in consuetudine huiusque tolerata in nundinis, quæ non sunt solemaes, sed sunt peractis sacris in festo alicuius Sancti, aut eius Ecclesiam, extra tamen autum.

De Indicé librorum, & Catechismo, Breuiario, & Missali.

c Sup. Sess. 18. in princ.

Sacro sancta Synodus in secunda Sessione, sub Sanctissimo Domino nostro Pio IV. celebrata, delectis quibusdam

Concil. Trid.
cū declar.
in materia
delectis

a c. nō dæcor.
37. dist. Vigil.
in ep. ad Eu-
therum in fi.
Felix 1. in
epist. 3.

b c. qui suis
23. dist. c.
quia frater
7. q. 1. Luce.
20.

quibusdam Patribus commisit, ut de varijs censuris, ac libris, vel suspectis, vel perniciosis, quid facto opus esset, considerarent; atque ad ipsam sanctam Synodum referrent: audiens nunc, huic operi ab eis extremum manum impostam esse; nec tamen, ob librorum varietatem, & multitudinem, distinctè, & commodè possit à sancta Synodo dijudicari; præcipit, ut, quidquid ab illis præstitum est, Sanctissimo Romano Pontifici exhibeatur; ut eius iudicio, atque auctoritate terminetur, & euulgetur. Idemque de Catechismo à Patribus, quibus illud ^{a Vide Sess. 24. 67.} mandatum fuerat, 1^o de Missali, & Breuiario fieri mandat.

DECLARATIONES.

De Missali.

1^o De Missali.] Pius V. in Bulla posita in Missali Romano, ex Decreto Concilii Tridentini, à se restituto, sustulit omnes alias ceremonias, ritus & ritos ex alijs Missalibus, quantumuis vetustis hætenus observari consuetos, derogans consuetudini etiam immemorabili.

Celebrantes cum alio Missali, quàm cum hoc reformato, qui alias ex dicta Bulla tenentur, incurrunt in peccatum mortale, si scienter & absque iusta & rationabili causa id faciant.

De loco Oratorum.

Declarat S. Synodus, ex loco assignato Oratoribus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, in sedendo, incedendo, aut quibuscumque alijs actibus, nullum cuiquam eorum factum fuisse præiudicium; sed omnia illorum, & Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, ac Principum suorum iura, & prærogativas illatas, & salvas esse, in eodemque statu permanere, prout ante præsens Concilium reperiebantur.

De recipiendis, & observandis Decretis Concilij.

Tanta fuit horum temporum calamitas, & hæreticorum inueterata malicia, ut nihil tam clarum in fide nostra